Fragmentarium

3669.

Quis dedit uobis consiliũ ut domũ hanc edificaretis & muros
hos instauraretis. Ad quod respondimus eis. que essent nomina
hominũ auctorũ illius edificationis. Oculus autem di eorũ
factus est sup senes iudeorũ. & non potuerunt inhibere eos.
placuitq; ut res ad darium referretur. & tunc satis facerent
aduersus accusatione illã. Exemplar epistulae quam misit
thatannai dux regiones trans flumen. & starbuzannai.
& consiliatores eius apharsachei. qui erant trans flum ad dariũ
regem; sermo quem miserant ei scriptus erat. dario regi pax
omnis. Notum sit regi. isse nos ad iudeam prouinciã ad domũ
di magni. quae edificatur lapide inpolito. & ligna ponuntur
in parietibus; opusq; illud diligenter extruitur. & crescit in ma
nib; eorũ. Interrogauimus ergo senes illos. & ita diximus eis.
Quis dedit uob potestatem ut domũ hanc edificaretis & muros
instauraretis. Sed & nomina eorũ quesiuimus ab eis ut nuntia
remus tibi. Que scripsimus nomina uirorũ qui sunt principes
in eis. Huiuscemodi autem sermone responderunt nob dicentes;
Nos sumus serui di caeli & terrae: & aedificamus templũ quod erat
extructũ ante hos annos multos: quodq; rex isrl magnus
aedificauerat & extruxerat. Postquam autem ad iracundiã
prouocauerunt patres nostri dm caeli. & tradidit eos in manus
nabochodonosor regis babillonis caldaei. Domumquoq;
hanc destruxit & populũ ei tradidit in babillonem.

Esdras I 5.12

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 15346, Cod15346_1v – Biblia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-7d54/3878/41096)